BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XL
H
33
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

M E S S I A S

ECLOGA SACRA SCRIPTA ANGLICE

AB ALEXANDRO POPIO,

LATINE REDDITA

A GULIELMO BERMINGHAM PRESBYTERO.



Phil. de grado inc.

Sacrum monumentum in antiquo vitro Romæ in museo Victorio

NEAPOLI ex Officina Simoniana MDCCLX.

AUCTORITATE PUBLICA.

B R

Digitized by Google

NERIO CORSINIO

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO

GULIELMUS BERMINGHAM S.

QUod Te literis compellare auſim, CORSINI CARDINALIS ampliſſime, nihil adferam cauſſae, praeter ſtudium ſignificandi officii meum, & egregiam humanitatem tuam; quae,

Digitized by Google

inter alias Chriſtiani Orbis provincias, cum & noſtram complectatur Hiberniam, jampridem clientela, non magis quam acceptis beneficiis tuam: ratus ſum profecto Hiberni eſſe hominis, communi Gentis Patrono, Sacerdotis, Sacrorum Antiſtiti, ſi quod haberet, munus offerre; neque id tam ex merito rei datae, quod perexiguum, quam ex animo dantis, aeſtimatum iri. Propterea in magna fortuna, pari ſplendore, non opes, non purpuram, non ſuperbam denique Pontificis Maximi cognationem intuebar; ſed Teipſum hiſce omnibus majorem. Atque illa, magnifica ſane, Tu mihi auctor fuiſti, ne commemorarem, dum eorum, niſi ad alienam opem, vel ornamentum obliviſci videris.

Quod

Quod ad Eclogae, quam ad Te mittendam curavi, rationem attinet, ſic habeto: Popius, Anglorum celeberrimus poeta, nonnulla Iſaiae loca, hinc inde collecta Britannico carmine expreſſit, queis & nomen indidit *Meſſiàn*. Eo ille conſilio, ut oppoſita Pollioni Virgiliano clarius oſtenderent, in argumento ſimili, quam ſit poeta ſacer profanorum ſummo ſuperior, ſive ſententiarum pondus ac ſublimitatem, ſive orationis lumina contempleris.

Haec ego latine, ſi poſſem, vertere tentavi; brevia quidem illa, at laboris non brevis. Nam mihi præter communem interpretum ſortem, non ſolum effingenda erat Archetypi Operis Majeſtas verbis quam maxime ardentibus &

Digitized by Google

e media antiquitate arceſſitis: non curandum dumtaxat, ne, dum ſimilitudinem captarem Veterum, plagiarius, ſi omnino negligerem, barbarus viderer; verum & additi hinc Popius, inde Virgilius premebant; ubi, iniquo certamine non modo cum vernaculis mea, ſed cum latinis etiam Maronianis committenda extabant.

Speravi tamen ex ipſa rei difficultate procliviorem veniam: ſtimulos addidit materia plane divina & divinis verſibus exornata a præclaris Viris Sannazario ac Vida (plaudentibus etiam Leone X & Clemente VII Pontificibus Maximis): quorum exempla Poetarum vel aſſequi, vel non omnino ſequi perinde erat arduum.


De me ſufficiat addere; Si Popium

pium laeſi malus interpres, poenitere illatae tanto viro injuriae: tum, adhibitum Te, quem minime oportuit, illuſtrem peccati teſtem; ſin vero, non adeo infeliciter cecidit conatus, cui potius mortalium Carmen inſcriberem ubique ſpirans Chriſtum, & aeternae Religionis dignitatem, quam Tibi, Chriſti, reique publicae Chriſtianae amantiſſimo?

Utcumque res acciderit, ingentes mihi fructus opellae relaturus videbor, ſi Tu iſta, qualiacunque, monumentum intellexeris haud interiturae venerationis, & obſervantiae in Te meae.

MES-

Digitized by Google



Sarcoph. marm. effoſſus prope Eccleſiam S. Sebaſtiani

M E S S I A H.

A SACRED ECLOGUE,

BY M. POPE.

YE (a) *Nymphs of* SOLYMA *! begin the ſong :*
To heav'nly themes ſublimer ſtrains belong.
The moſſy fountains (1) *and the ſylvan ſhades,*
The dreams of PINDUS *and th'* AONIAN *maids*

De-

LOCA, QUAE EX VIRGILIO VEL ADUMBRAVIT POPIUS, VEL SIMILIA INVENIT ALIQUIBUS ISAIAE LOCIS, LITERIS MINUSCULIS APPONUNTUR.

(a) *Virg. Ecl. IV. v.* 1. 2. 3.
Sicelides Muſae paullo majora canamus.
Non omnes arbuſta juvant, humileſque myricae.
Si canimus ſilvas, ſilvae ſint Conſule dignae.

LATINI INTERPRETIS ADNOTATIONES NUMERIS ARABICIS SUPPONUNTUR.

Pega-

Digitized by Google



Sarcoph. marm. ex Coemeterio Calliſti effoſſus.

M E S S I A S.

ECLOGA SACRA ALEXANDRI POPII

A GULIEMO BERMINGHAM LATINE REDDITA.

VOs mihi, vos, Nymphae Solymeides, eſte
Camoenae,
Eſte duces; majus poſcunt coeleſtia carmen.
Pegaſei (1) fontes, Phoebo vocalia Tempe,
Aonidum nemus, & mendax, tua ſomnia, Pinde,

B Hinc,

(1) Pegaſei fontes *cet.*
The Moſſy fountains, and the ſylvan Shades
Muſcoſi fontes, ſilveſtris & umbra valete!
Ita fere ad verbum e Popio: At fontes quidem non quod *muſcoſi*; neque vero quod *ſilveſtris*, umbra, odio eſſe debuerunt Poëtae Sacra meditanti: ſed falſorum Numinum cultu quod polluti illi, ſed haec pravis religionibus ſedem quod praebuiſſet. Malui itaque levi mutatione vocabula rebus imponere, ipſas Gentilium fabulas, & ſuperſtitionem redolentia.

LOCA

Delight no more.... O thou my voice inſpire
Who touch'd ISAIAH's *hallow'd lips with fire!*
Rapt into future times, the Bard begun,
A Virgin (b) *shall conceive, a Virgin bear a Son!*
From (I) IESSE's *root behold a branch ariſe,*
Whoſe ſacred flow'r with fragrance fills the skies.
Th' Æthereal ſpirit o'er its leaves shall move,
And on its top deſcends the myſtic Dove.
Ye (II) *heav'ns! from high* (c) *the dewy nectar pour;*
And in ſoft ſilence shed the kindly show'r!
The (III) *ſick and weak the healing plant shall aid,*
From ſtorms a shelter, and from heat a shade.
All (d) *crimes shall ceaſe, and ancient fraud shall fail;*
Returning (IV) *Juſtice lift aloft her ſcale;*
Peace o'er the world her olive wand extend,
And white-rob'd Innocence from heav'n deſcend.
Swift (e) *fly the years, and riſe th' expected morn!*
Oh ſpring to light, auſpicious Babe, be born!

See

LOCA ISAIAE, QUAE POPIUS EXPRESSIT, NUMERIS ROMANIS INDICANTUR.

(I) *Iſai. cap. XI. v. 1. Et egredietur Virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendet.*

(II) Cap. XLV. v. 8. *Rorate coeli deſuper, & nubes pluant Juſtum: aperiatur terra, & germinet Salvatorem.*

(III) Cap. XXV. v. 4. *Quia factus eſt fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione ſua: Spes a turbine, umbraculum ab aeſtu.*

(IV) Cap. IX. v. 7. *Multiplicabitur ejus imperium, & pacis non erit finis: ſuper ſolium David, & ſuper regnum ejus ſedebit: ut confirmet illud, & corroboret in judicio & juſtitiâ, amodo & uſque in aeternum.*

(b) *Virg. Ecl.* IV. *v. 6.* Jam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna.

Ibid.

Hinc, procul hinc.. luſtra os flammis mihi tu, Pater, unde
Arſit in augurium ſancto labra tactus ab igne!
  Jamque adeo abreptus ventura in ſecla canebat:
Concipiet Virgo: Virgo dabit integra prolem!
Surgit Iëſſaeâ de Stirpe beatior, ecce,
Palmes, inexhauſtoque polum perfundit odore.
Huic meliore comam Zephyro fovet aetheris almi
Spiritus, inque apicem conſidit myſticus Ales.
Vos liquidum, Coeli, demittite nectar, & imbrem
Inſinuate leves per amica ſilentia dium.
Hic morbos, letumque ſalus adoleſcet in ipſum,
A rabie tegmen Borearum, a Solibus umbra.
Huic ſcelus, & priſcae cedent contagia fraudis;
Juſtitia enſe redux poſito feret ardua lancem;
Orbem Pax oleâ ſociabit utrumque perenni,
Simplicitaſque albata ſuis concedet ab aſtris.
Praecipitate anni, lux ſuſpirata refulge!
Naſcere, rumpe moras, Puer auree, rumpe tenebras!

(c) *Ibid. v.* 7.
Jam nova progenies coelo demittitur alto.

(d) *Ibid. v.* 13. 14. 17.
Te Duce, ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri
Irrita perpetuâ ſolvent formidine terras....
Pacatumque reget patriis virtutibus Orbem.

(e) *Ibid. v.* 46. 47. 48. 49. 52.
Talia ſecla ſuis, dixerunt, currite fuſis
Concordes ſtabili fatorum numine Parcae.
Aggredere o magnos, aderit jam tempus, honores,
Cara Deûm ſoboles, magnum Jovis incrementum....
Aſpice, venturo laetentur ut omnia ſeclo.

See (f) *Nature haſtes her earlieſt wreaths to bring,*
With all the incenſe of the breathing ſpring.
See lofty (V) LEBANON *his head advance,*
See nodding foreſts on the mountains dance
See ſpicy clouds from lowly SARON *riſe,*
And CARMEL'S *flow'ry top perfumes the skies!*
Hark! (g) *a glad voice the lonely deſart chears;*
Prepare the (VI) *way! a God, a God appears;*
A God, a God! the vocal hills reply,
The rocks proclaim th'approaching Deity.
Lo (h) *Earth receives him from the bending skies!*
Sink down ye mountains, and ye vallies riſe:
With heads declin'd, ye Cedars, homage pay
Be ſmooth ye rocks, ye rapid floods give way!
The (2) *Saviour comes! by ancient bards foretold;*
Hear

(V) Iſai. cap. XXXV. v. 2. *Germinans germinabit, & exultabit laetabunda & laudans: Gloria Libani data eſt ei: decor Carmeli & Saron: ipſi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei noſtri.*

(VI) Cap. XL. v. 3. 4. *Vox clamantis in deſerto: parate viam Domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri; omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt prava in directa, & aſpera in vias planas.*

(f) *Virg. Ecl. IV. v.* 18. 19. 20. 23.

At tibi prima, puer, nullo munuſcula cultu
Errantes hederas paſſim cum baccare tellus,
Mixtaque ridenti colocaſia fundet acantho . . . .
Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores.

(g) *Idem Ecl. V. v.* 62. 63. 64.

Ipſi laetitiâ voces ad ſidera jactant
Intonſi montes, ipſae jam carmina rupes,
Ipſa ſonant arbuſta, Deus, Deus ille, Menalca.

(h) *Ecl. IV. v.* 50. 51.

Aſpice convexo nutantem pondere Mundum,
Terraſque, tractuſque maris, coelumque profundum.

The

En trepidat blandas tibi ſundere terra coronas,
Praecoce flore nitens, alieno turea Vere!
Emicat en Libanus propiore cacumine pulſans
Aſtra; jugis nutat mirantibus Enthea ſilva!
Valle Saron ſpretâ roſeis petit aethera pennis,
Carmeluſque polum fragranti vertice mulcet.
Fallor? an exultant laeto tacita avia cantu?
Eja, parate viam, Deus en, Deus! ore, ſavete;
Ingeminant colles, Deus en, Deus ecce, canori;
Ipſa Deum intonuere propinquum conſcia ſaxa.
Excipit hunc tellus, prono, viden, obvia Coelo;
Surgite in amplexum valles, ſubſidite montes.
Vos pedibus tremulae ſubmittite culmina, cedri,
Vos rupes in iter molleſcite, ſiſtite fluctus!
Hic Opiſer, cantata Salus hic Vatibus, Orbis

Hic

(2) *The Saviour cet.*) Vox, *Salvator*, modo latina eſſet, unica erat ad nuncupandum hic humani generis ſoſpitatorem Chriſtum. Neque enim par eſſe videtur ingenti huic ſenſui *Servatoris* nomen, quod adhibuere nonnulli egregii Scriptores, delicatarum auiium in gratiam, rei Romanis prorſus incognitae nomen apud Romanos quaerentes. Quippe & is etiam *Servator* dici poterit, qui, quae bello ceperit corpora, non morte multaverit, licet in ſervitutem redigat. Quid, quod etiam ipſa vox *Servus* eum proprie ſignificat, qui a nece ſit *Servatus*? At, qui non a morte, neque a vinculis tantum, ſed in immortalem ſelicitatem,& divinae prope naturae conſortium liberali manu aſſeruerit univerſum genus humanum, non ſatis illum pro dignitate appellari *Servatorem*, vel ipſe Tullius demonſtrabit Actione IV. in Verrem, ubi, quum haec verba praemiſiſſet „ Itaque „ eum non ſolum patronum iſtius Inſulae, ſed etiam ΣΩΤΗΡΑ inſcri- „ ptum vidi Syracuſis „ addit inſuper: „hoc quantum eſt? ita magnum, „ ut latino uno verbo exprimi non poſſit „. At probe nota erat M. Tullio vox *Servator*. Is enim ſe ipſe Reipublicae *Servatorem* vocat in Oratione pro Plancio. Tribus ergo nominibus cumulare neceſſe erat, quem uno juſto inſignire non potui.

Quo

Hear him (VII) *ye deaf, and all ye blind behold!*
He from thick (VIII) *films ſhall purge the viſual ray,*
And on the ſightleſs eye-ball pour the day:
'Tis he th' obſtructed paths of ſound ſhall clear,
And bid new muſic charm th' unfolding ear.
The dumb ſhall ſing, the lame his crutch forego,
And leap exulting like the bounding Roe.
No ſigh, no murmur the wide world ſhall hear,
From ev'ry face (IX) *he wipes off ev'ry tear.*
In adamantine chains ſhall Death be bound,
And Hell's grim Tyrant feel th' eternal wound.
As the good (X) *ſhepherd tends his fleecy care*
Seeks freſheſt paſture and the pureſt air;
Explores the loſt, the wandring ſheep directs,
By day o'erſees them, and by night protects;
The tender lambs he raiſes in his arms,
Feeds from his hand, and in his boſom warms;
Thus ſhall mankind his guardian care engage,
The promis'd (XI) *father of the future age.*
No more ſhall (XII) *nation againſt nation riſe,*

Nor

Quo porro ſenſu dictus ſit *Orbis Stator*, declarat Seneca lib.IIII. de beneficiis: „ Et Jovem illum optimum, ac maximum rite dices, „ & Tonantem, & *Statorem*: qui non (ut hiſtorici tradiderunt) ex „ eo, quod poſt votum ſuſceptum, acies Romanorum fugientium *ſtetit*, ſed quod *ſtant* beneficio ejus omnia, *Stator*, ſtabilitorque eſt. „

(VII) Iſai. cap. XLII. v. 18. *Surdi audite; & caeci intuemini ad videndum.*

(VIII) Cap. XXXV. v. 5. 6. *Tunc aperientur oculi caecorum, & aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet, ſicut cervus, claudus, & aperta erit lingua mutorum.*

(IX) Cap. XXV. v. 7. 8. *Et praecipitabit in monte iſto faciem vinculi colligati ſuper omnes populos . . . . Praecipitabit mortem in ſempiter-*

ter-

Hic Stator! Audite hunc, o Surdi, hunc cernite, Caeci!
Diſcutit hic oculo vela invida textilis umbrae,
Ignotoque aperit mirantia lumina Soli.
Hic ſonitus iter expandit ſpirabile, Surdus
Senſum e voce rapit, bibulamque abit omnis in aurem.
Jam canit & mutus; baculi jam munere ſpreto
Claudus ovat, cervoſque fugâ ventumque fatigat.
Exul erit gemitus, toto procul orbe querela;
Hic oculis lacrymam detergit ab omnibus omnem.
Mors impaſta furet centeno adamante revincta,
Rexque infernus atrox vulnus gemet immortale.
Ut liquidas Zephyrorum animas, ut florea prata
Uſque ovibus paſtor caris legit, uſque requirit
Dilapſam, ſi qua eſt, reducemque per oſcula blandus
Increpat; ille agnos ſuetis modo ſuſcipit ulnis,
Eque manu paſcit, refovetque in pectore fido,
Luce comes, trepidaque audax ſub nocte ſatelles.
Hic vigili ſtudio non ſegnior ambiet orbem,
Promiſſus populis pater uſque in ſeclâ futuris.
Nulla dehinc placidas furiabunt praelia gentes,
In-

---

ternum. Et auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie.

(X) Cap. XL. v. 11. *Sicut paſtor, gregem ſuum paſcet: in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo levabit, foetas ipſe portabit.*

(XI) Cap. IX. v. 6. *Parvulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum ejus; & vocabitur nomen ejus, Admirabilis, Conſiliarius, Deus, Fortis*, Pater futuri ſeculi, *Princeps pacis.*

(XII) Cap. 11. v. 4. *Et judicabit gentes, & arguet populos*: & conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces: non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad praelium.

Iſai.

Nor ardent warriors meet with hateful eyes,
Nor fields with gleaming ſteel be cover'd o'er,
The brazen trumpets kindle rage no more;
But uſeleſs lances into ſcythes ſhall bend,
And the broad faulchion in a plow-ſhare end.
Then (3) *palaces ſhall riſe; the joyful* (XIII) *Son*
Shall finiſh what his ſhort-liv'd Sire begun;
Their vines a ſhadow to their race ſhall yield,
And the ſame hand that ſow'd ſhall reap the field.
The ſwain (i) *in barren* (XIV) *deſarts with ſurprize*
Sees Lillies ſpring, and ſudden verdure riſe,
And ſtarts, amidſt the thirſty wilds to hear
New falls of water murm'ring in his ear:
On rifted rocks (k), *the dragon's late abodes,*

The

(XIII) Iſai. cap. LXV. v. 20. 21. 22. 23. *Non erit ibi amplius infans dierum, & ſenex, qui non impleat dies ſuos; quoniam puer centum annorum morietur, &, peccator centum annorum maledictus erit.* Et aedificabunt domos, & habitabunt: *& plantabunt vineas, & comedent fructus earum.* Non aedificabunt, & alius habitabit: non plantabunt, & alius comedet: *Secundum enim dies ligni, erunt dies populi mei, & opera manuum eorum inveterabunt: Electi mei non laborabunt fruſtra, neque generabunt in conturbatione: quia ſemen benedictorum Domini eſt, & nepotes eorum cum eis.*

(XIV) Cap. XXXV. v. 1. 6. 7. *Laetabitur deſerta & invia, & exultabit ſolitudo, & florebit, quaſi lilium... Quia ſciſſae ſunt in deſerto aquae, & torrentes in ſolitudine. Et quae erat arida, erit in ſtagnum, & ſitiens in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami, & junci.*

(i) *Virg. Ecl.* IIII. *v.* 28. 29. 30.

Mölli paullatim flaveſcet campus ariſtâ
Incultiſque rubens pendebit ſentibus uva:
Et durae quercus ſudabunt roſcida mella.

(k) *Ibid. v.* 21. 22. 24. 25.

Ipſae lacte domum referent diſtenta capellae

Ube-

Infeſtâve truces concurrent fronte phalanges.
Non diro armorum radiabit lumine campus,
Buccina non cantu ſuccendet erinnyn aheno.
Saeva ſed in falcem miteſcet inutilis haſta,
Vomeris inque aciem viduator deſinet enſis.
Abſolvet patrias, ſocio patre, Filius arces,
Et bino felix domino laetabitur aula.
Vinea perpetuo generi ſua porriget umbram,
Atque eadem ſibi dextra metet, quae ſeverat, arvum.
Dulce ſtupebit hians, modo qua fera teſqua, viator
Exſortem violam, ſubitamque improvidus herbam.
Ipſe viae dubius ſitientibus incola dumis
Attonitâ bibet aure novarum murmur aquarum.
Saxa per indigenis obſcena draconibus inſons

Ubera, nec magnos metuent armenta leones....
Occidet & ſerpens, & ſallax herba veneni
Occidet....

(3) *Then palaces shall riſe &c.* Sic ad ſenſum, & ipſa prope verba Popiana:

Tum celſae ſurgent arces; tum laetior heres
Praerepto abſolvet laquearia coepta parenti.

Haec omnia, ut facile eſt agnoſcere, ſub ſpecie bonorum terreſtrium potiora illa & immortalia conantur adumbrare, ſeu felicitatem ſummam ſumma cum innocentia conjunctam. Idcirco verebar, ne forte *laetior filius hereditatem conſecutus*, *extinctus praematuro fato parens*, hic ſummae *felicitati*, ſummae ille *innocentiae* notionem ingereret minus convenientem. Neque enim apud nos, hodiernis licet & corruptis, ut ſenes ajunt, moribus, egregiae eſſet *pietatis*, *laetari heredem*, dum hereditatem adiret, *mortuo patre*; nec *felicitatis* ſupra modum ſincerae, *praeripi* hominem, antequam laborum fructus deguſtaſſet. Beatam illam vivendi conditionem longe aliter, ac Popius, depinxiſſe videtur Propheta cap. LXV. v. 20. 21. 22. 23. ut relegenti patebit: quin & in ipſis verſibus Popianis, connexio priorum cum poſterioribus expoſcere videtur ſenſum, vel quem ego tribuo, vel alium certe ab eo, quem ipſe attribuit.

Iſai.

The green reed trembles, and the bulruſh nods.
Waſte ſandy (XV) *vallies, once perplex'd with thorn,*
The ſpiry firr and ſhapely box adorn;
To leafleſs ſhrubs the flow'ring palms ſucceed,
And od'rous myrtle to the noiſome weed. (*mead,*
The lambs (XVI) *with wolves ſhall graze the verdant*
And boys in flow'ry bands the Tyger lead;
The ſteer and lion at one crib ſhall meet,
And harmleſs (XVII) *ſerpents lick the pilgrim's feet.*
The ſmiling infant in his hand ſhall take
The creſted Baſilisk and ſpeckled ſnake;
Pleas'd the green luſtre of the ſcales ſurvey,
And with their forky tongue and pointleſs ſting ſhall play.
Riſe, crown'd with light, imperial (XVIII) SALEM *riſe!*
Exalt thy tow'ry head, and lift thy eyes!
See, a long (XIX) *race thy ſpacious courts adorn;*
See future ſons, and daughters yet unborn,
In crouding ranks on ev'ry ſide ariſe
Demanding life, impatient for the skies!
See barb'rous (XX) *nations at thy gates attend,*
Walk

(XV) Iſai.cap.XLI. v.18. 19. *Aperiam in ſupinis collibus flumina, & in medio camporum ſontes: ponam deſertum in ſtagna aquarum, & terram inviam in rivos aquarum. Dabo in ſolitudinem cedrum; & ſpinam, & myrtum, & lignum olivae: ponam in deſerto abietem, ulmum, & buxum ſimul:* & cap. LV. v. 13. *Pro ſaliunca aſcendet abies, & pro urtica creſcet myrtus.*

(XVI) Cap. XI. v. 6. 7. 8. *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum boedo accubabit: vitulus, & leo, & ovis ſimul morabuntur, & puer parvulus minabit eos. Vitulus & urſus paſcentur: Simul requieſcent catuli eorum; & leo quaſi bos comedet paleas. Et delectabitur infans ab ubere ſuper foramine aſpidis: & in caverna reguli, qui ablactatus fuerit, manum ſuam mittet.*

Cap.

Vernabit juncus, tremet inſcia fraudis arundo.
Nunc & arena rubis, campoque horrenda fluenti
Daedaleâ buxo, & pinu ridebit acutâ.
Mox nudum fruticem victricibus exiget umbris
Palma; gravi myrtus ſuccedet odora cicutae.
Agna immiſta lupis communia gramina carpet,
Et roſeâ Tigrim ductabit ephebus habenâ.
Bos ſtabulis, hoſpeſque Leo ſuccedet iiſdem,
Paſtorique pedes innoxia Vipera lambet.
Parvulus ipſe manu adridens impune tenellâ
Criſtatam peſtem accipiet, pictumque colubrum,
Squamarum audaci plaudet nitida agmina luſu,
Et trifidum linguæ terrorem, & inerme venenum.
Surge, auguſta-Salem, Stellis vittata, reſurge,
Turrigerum caput & patrio fer lumina coelo!
Aſpice, quanta tibi decoret longa atria proles,
Venturi, en, juvenes, en, poſtera nomina, natae,
Agminibus trepidi innumeris tete undique ſtipant,
Lucem expoſcentes, & anheli ſiderum amore!
Limina adoratum venit en tibi barbarus hoſpes,

 Te-

(XVII) Cap.LXV. v.25. *Lupus & agnus paſcentur ſimul, & leo & bos comedent paleas: & ſerpenti pulvis panis ejus:* non nocebunt, neque occident in omni monte ſancto meo, *dicit Dominus.*

(XVIII) Cap. LX. v. 1. *Surge, illuminare, Jeruſalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt.*

(XIX) Cap.LX.v.4.5. *Leva in circuitu oculos tuos, & vide: omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi: filii tui de longe venient, & filiae tuae de latere ſurgent. Tunc videbis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando converſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi.*

(XX) Cap.LX. v.3. *Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui.*

Iſai.

Walk in thy light, and in thy Temple bend;
See thy bright altars throng'd with proſtrate Kings;
And heap'd with products of (XXI) SABÆAN *springs!*
For thee IDUME'*s ſpicy foreſts blow,*
And ſeeds of gold in OPHYR'*s mountains glow.*
See heav'n its sparkling portals wide diſplay
And break upon thee (XXII) *in a flood of day!*
No more the riſing (XXIII) *Sun shall gild the morn,*
Nor ev'ning CYNTHIA *fill her ſilver horn,*
But loſt, diſſolv'd in thy ſuperior rays,
One Tyde of glory, one unclouded blaze
O'erflow thy courts: The Light himſelf shall shine
Reveal'd, and God's eternal day be thine!
The ſeas (XXIV) *shall waſte, the skies in ſmoke decay,*
Rocks fall to duſt, and mountains melt away;
But fix'd his (XXV) *word, his ſaving pow'r remains*
Thy Realm for ever laſts, thy own (l) MESSIAH *reigns!*

(XXI) Iſai.cap.LX. v.6.10.14. *Inundatio camelorum operiet te, Dromedarii Madian & Epha: omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes & laudem Domino annuntiantes... Et aedificabunt filii peregrinorum muros tuos, & Reges eorum miniſtrabunt tibi .... Et venient ad te curvi filii eorum, qui humiliaverunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi, & vocabunt te Civitatem Domini.*

(XXII) Cap.XXIX. v.26. *Et erit lux lunae ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum.*

(XXIII) Cap. LX. v. 19. 20. *Non erit tibi amplius ſol ad lucendum per diem, nec ſplendor lunae illuminabit te: ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam. Non occidet ultra*

ſol

Teque,o Sancta,tuumque ſequens bene deviusAſtrum.
Procidit ante aram Regum, aſpice, turba coruſcam
Vectigali auro, cumulatam & vere Sabaeo.
Balſama mille tibi ſilvis exhalat Idume;
Parturit en fulvum tibi gleba Ophyreia metallum.
Te polus, en, foribus bipatentibus ambit, & aeſtu
Corripit haud refluo ſeptemplicis unda diei!
Jam nec luce brevi rediviva rubebit Eöis,
Incerto creſcet neque Luna vicaria cornu.
At jubare hauſta tuo fax languida decidet ultro
Aſtrorum, ſonſque ipſe diei ſimplicis, ipſe
Splendor inocciduus rutilo tibi prodigus amne
Victor inundabit Turres: Lux ipſe retectus
Ardebit per Seclâ, Dies Deus unicus & Sol.
In nebulas maria, in fumum tenuabitur Axis,
Saxaque pulvis erunt, liquentur in aera Montes.
Aſt immota olli vox, & clementia victrix,
Sceptra aeterna Tibi: regnat tuus o MESSIAS!

ſol tuus, & luna tua non minuetur: quia erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & complebuntur dies luctus tui.

(XXIV) Cap. LI. v. *6. Levate in Coelum oculos veſtros, & videte ſub terra deorſum: quia Coeli, ſicut fumus, liqueſcent, & terra, ſicut veſtimentum, atteretur, & habitatores ejus, ſicut haec, interibunt:* Salus *autem mea in ſempiternum erit, & juſtitia mea non deficiet.*

(XXV) Cap. LIV. v. 10. *Montes enim commovebuntur, & colles contremiſcent: Miſericordia autem mea non recedet a te, & foedus pacis meae non movebitur.*

(l) *Virg. Ecl.* IIII. *v.* 10. . . . . tuus jam regnat Apollo.

ADPROBATIONES UTRIUSQUE CENSORIS.

Adm. Rev. D. Alexander Maria Caleſati S.Th. Profeſſor & Sacrae Archiep. Academiae Neapol. Socius revideat, & in ſcriptis referat. Datum Neap. die 9. Jan. 1760.

I. SANSEVERINUS EP. PHILADELPH. VIC. GEN.

JOSEPH SPARANUS CAN. DEP.

PRINCEPS EMINENTISSIME.

NIhil profecto mulcendis mortalium animis, ac ad virtutis ſtudium inflammandis honeſtâ poëſi, & nihil rurſus inhoneſtâ ad vitia excitanda aptius. Ex iis, quae ſuperſunt, Hebraeorum poëticis fragmentis illud in primis certum, poëſim ſuam efferendis Dei laudibus eos integram ſacraſſe; hujuſce inſuper Gentis poëtas, divino afflatos ſpiritu, Reges fuiſſe, Legislatores, Prophetas, *Moyſeſt* nempe, *Job*, *Davidem*, *Salomonem*, *Baruch*, *Ezechiam*, *Iſaiam*, *Jeremiam*, & alios pleroſque. At qualis quantaque fuerit ejus poëſeos vis, gravitas, qui ſplendor figurarum & varietas, ſi quis eſt, qui neſciat, vel enarrationem legat Cantici Moyſis de tranſitu maris rubri, quam *Herſan* in Pleſſenſi Collegio Rhetorices profeſſor confecit ſane quam eruditam & elegantem. Verum cum priſca illa dulcedo, ob antiquatam linguae Hebraicae legendae rationem, carminibus, quae in Bibliis ſuperſunt, deperierit omnino, de divina poëſi optime mereri videntur illi, qui tacentes has muſas ſuſcitare ſtudent, & univerſo Chriſtiano populo vernaculis cujuſque gentis linguis oſtendere. Fateor id quidem ſaepius tentatum Graecâ Latinâ, & quotquot modo vigent, linguis; at in multis magni etiam nominis Poëtis merito vertendum vitio, quod gentiles fabulas rebus ſacris liberius admiſcuerint, Parnaſium montem vel in Calvarii verticem portantes, &, ut ita dicam, quâ Chriſto tura, eâdem manu fabuloſis numinibus cremantes. Contaminatum hoc ſcribendi genus evitari poſſe, quin deferveſcat poëticus ille ſpiritus, contra quam illi ſentiebant, ſuo exemplo comprobaturus ALEXANDER POPIUS Anglorum ſummus poëta, & Romanae idem profeſſor Religionis, Vaticinia *Iſaiae* de Chriſti JESU nativitate in Eclogam Anglico ſermone elegantiſſimam compegit; in qua, ut cum Tullio loquar, *ita creber eſt rerum frequentiâ, ut verborum prope numerum, ſententiarum numero conſequatur;* quodque de Timante eximio Pictore ait Plinius, in ejus nempe operibus plus

ſem-

ſemper intelligi, quam pingi, ut oſtendantur etiam quae occultantur: id mire proprium eſt *Popii*, qui & linguae ſuae nervis, quos habet, quae ſola deeſſe videbatur, dulcedinem addidit. Ne lateret porro linguae Anglicae ignaros egregium hoc opuſculum, Cl. V. GULIELMUS BERMINGHAM Sacerdos Hibernus miro Latini ſermonis, cujus egregie ſtudioſus eſt, cultu Latinam reddidit, quaſi captivos ſenſus, ut *Hieronymus* ait, in alteram hanc linguam traducens. Quod enim ſibi negotii datum credidit, adamuſſim perfecit; praecipuum nempe Auctoris ſui characterem expreſſit, neque in vagam verboſamque paraphraſin redundans, neque in ſervilem verba verbis reddendi ſuperſtitionem areſcens, ſed Atticum in primis leporem cum Romana gravitate conjungens. Cum ejus igitur carmina ita ſint proba, ita dulcia, ut non legi modo, ſed etiam ediſci poſſint, vulgari jus faſque cenſeo. Datum Neap. ex Muſeolo meo Kal. Febr. CIƆIƆCCLX.

Eminentiae Tuae

Addictiſs. & Obſequentiſs.
Alexander Maria Kalaephatus
Sacrae Academiae Archiep. Socius.

Attentâ relatione Domini Reviſoris imprimatur. Datum Kalendis Aprilibus 1760.

I. SANSEVERINUS EP. PHILADELPH. VIC. GEN.

JOSEPH SPARANUS CAN. DEP.

Digitized by Google

Reverendiſſimus D. Alexius Symmachus Mazochius Neapolit. Eccleſ. Canonicus, & in hac Studiorum Univerſitate Sacrae Script. Profeſſor Primarius revideat, & in ſcriptis referat. Datum Neap. die 2. Februarii 1760.

NICOLAUS DE ROSA EPISC. PUTEOL. CAP. MAJOR.

ILLUSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINE.

Ecloga, cui nomen *Meſſias*, a Cl. V. GULIELMO BERMINCHAM Latinis verſibus ex Anglico ſermone reddita, nihil nec Majeſtati Regiae, nec orthodoxae Fidei, boniſque moribus abnorme continet: at contra praeclara ad pietatem incitamenta ſuppeditat, ſtyli elegantiſſimi lenociniis condita. Quocirca e re fore arbitror, ſi in commodum juventutis edatur in publicum. Ita cenſeo. Neapoli V. Non. Martias ann. CIƆIƆCCLX.

Tibi, Illuſtriſs. & Reverendiſs. Praeſul.

Addictiſs. Devotiſs. & Obſequentiſs.
Alexius Symmachus Mazochius.

Die 24. menſis Aprilis 1760.

Viſo reſcripto Suae Regalis Majeſtatis ſub die 19. menſis Januarii 1760., ac relatione Reverendi Domini Reviſoris, de commiſſione Reverendi Regii Capellani Majoris, ordine praefatae Regalis Majeſtatis.

Regalis Camera Sanctae Clarae providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inſerta forma praeſentis ſupplicis libelli, ac approbatione dicti Reverendi Reviſoris; verum in publicatione ſervetur Regia Pragmatica. Hoc ſuum &c.

CASTAGNOLA. FRAGGIANNI. ROMANUS.

Ill. Marchio Danza Praeſ. S. R. C. tempore ſubſcriptionis impeditus.
Regius Conſiliarius Caput Aulae Gaeta non interfuit.

Reg. fol.

Carulli. Athanaſius.

A01 1465679

XI
H
30

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIB
V